



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institutiones Canonicæ Sive Ivs Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1705**

Titvlvs XVIII. De Locato & Conducto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](#)

fortuiti: quod illatum damnum non ad venditorem, sed ad emptorem, quasi rei emptae dominum, pertineat, *i. Nec forsari ff. de Periculo rei vend.* et si ille judicem, qui ita judicando item suam fecit, convenire possit, *i. fin. C. de Pena jud. malè jud. & pr. Instit. de Oblig. ex quasi delicto.* Glossa *fin. in c. fin. cit. & Molina disp. 380. n. 20.*

**86.** Præter hos casus, vendor de evi-  
tione non tenetur quartio, si bona si-  
de existimans rem esse suam; ne de evi-  
tione teneretur, cum emptore conve-  
nit: quod tamen casu vendor, eti ab  
interesse & damnis emptori subsecutis &  
ex evitacione solvendis excusat, ad pre-  
mium tamen, nisi inter eos etiam de hoc  
aliter & specialiter convenisset, restituendu-  
m obligatur; quod eum cum empto-  
ris jactura locupletari, æquitas non per-  
mittat, *i. Ex empto 11. §. fin. ff. de*  
*Act. empi;* *citt. Covarr. n. 2,* & *Molina*  
*n. 18.*

Quintò, si emptor rem alienam aut  
alteri obligatam esse, sciens emit, &  
cum venditore de evitacione non conve-  
nit, *i. Si fundum 27. C. de Evit.* cum;  
quod rem, quam alienam aut alteri ob-  
ligatam esse scivit, evinci posse non ad-

vertens, sibi imputare debet, & in ma-  
litiosa emptionis penam mereatur, *Hus-  
nold. cit. Tract. 10. n. 135.*

Sexto, si idem emptor, lite finis  
motâ, super re empota in arbitrum com-  
promissariatur aut judicem extraneum &  
ve non suum consensit, & hi contra eum  
pronuntiarunt, *i. Si dictum 56. §. 1. f.*  
*ibid.* quod ita sponte judicium subven-  
iat proinde res ipsius voluntate posse  
quam illius necessitate evicta videatur,  
*citt. Covarr. n. 7.* *Haunold. n. 133.* &  
*Bruneman. in l. cit. n. 1. §. 3.*

Septimo, si idem rem emptam uo-  
capere potuit, & non capitur, *i. cit. §.  
3.* si eam habuit pro derelicta, *i. fin. ex*  
*ejus possessionem sua culpa amitti;* ita  
qua ex rea factus actor succubuit delectu  
probationis, *i. Si rem cit. §. 1.* *Vide*  
*n. 2. c. fin. cit. §. fin.*

Ottavo, si venditor à judicio ab-  
sente (non cō præsente) per sententiam  
manifeste iniquam, sed de iniustitia fulpe-  
stam, condemnatus non appellavit, aut ap-  
pellatione legitimè interpositam delectu-  
*i. Herennius 63. §. 1. & fin. ff. de Em-*  
*cit. Covarr. n. 2.* *Molina n. 19,* & *Hus-  
nold. n. 133,* qui plures hujusmodi ca-  
dabant cum Caballin, *Tract. de Empli*  
*an Empli*



## TITVLVS XVIII.

### De Locato & Conducto.



Mptioni Venditioni proxima,  
itaque similis est Locatio  
Conductio, ut iisdem fer-  
me, quibus illa, Regulis  
consistat, *i. Locatio 2. pr. ff. & pr. Instit.*

bac Rubr. Inter utrumque autem hunc  
Contrahendum medius Emphyteicus est  
adeo; ut antequam à Zenone Imp. spe-  
cialis & ab illis distinctus Contrahens est  
decernetur, *i. 1. C. de Jure Empy-  
teicus*

an Emptio & Venditio , vel potius L<sup>e</sup>ga-  
tio & Conductio sit , in dubium &  
questionem à VV. I.C.T. is vocaretur.

## ARTICULUS I.

De Locatione & Con-  
ductione.

## SUM M A R I U M.

1. Hujus Contrahēs definitio,
2. Et differentia ab Emptione Venditione.
3. Locatur opera honesta & res commercio subiecta :
4. Nonnulli specialiter excepti ,
5. Et hæc inter rebus immobilibus Ecclesiæ farrum &c.
6. Que sine solennitate , olim ad modicum tempus :
7. Hodiæ ad triennium duntaxat locari permittuntur.
8. Ad tria triennia extensa Locatio irrita est ,
9. Saltem quoad duo triennia posteriora.
10. Eam quoad primum etiam irritam esse , quidam affirmant : alii DD. negant :
11. Quorum Opiniones conciliantur opere distinctionis.
12. Rerum Ecclesiasticarum etiam fructus ultra triennium locari prohibentur.
13. Secundum aliquos DD. etiam fructus fundorum beneficialium.
14. Verius istorum locatio triennio non constringitur.
15. Inter Beneficii & Ecclesia rerum locationes notable discrimen.
16. In re locata duabus presertim is , qui tradita est.

17. Edes Scholari locata ante locatio-  
nū tempus exactum alteri locari  
in Bononiensi:
18. Non in aliis academiis plerisque  
probibentur.
19. Ex edibus conductor ante tempus  
expellitur , si id exigat necessitas;
20. Si conductor in iis male fuerit ver-  
sus ,
21. Vel non solverit pensionem.
22. Eas ante tempus ipse deserit ob im-  
pedimentum habitationis.
23. Rei frugiferae conductori pensio re-  
mittitur ob sterilitatem aliam  
ve cladem :
24. Si ea viri prudentis arbitrio ma-  
gna sit :
25. Licet propter eam Emphyteuta non  
remittatur canon :
26. Nisi hic magnus sit.
27. Variis casib[us] pensio non remittitur  
conductori ,
28. Qui in re sibi locata culpam la-  
tam & levem prestat :
29. Nisi locatio ipsius utilitatem princi-  
paliter spectet.

**L**ocatio Conductio est Contractus I.  
Juris gentium, bonæ fidei & so-  
lo consensu initus, quod non qui-  
dem, ut in Emptione Venditio-  
ne, de re pro certo pretio tradenda: sed  
de re alicuius usu vel fructu, vel ope-  
ris hominis pro certa mercede alteri ab  
altero concedendis convenit, Haunold.  
Tom. 4. de I. & I. tract. 10. n. 432. In  
quo Contrahit is, qui rem utendam, fru-  
ctum aut operam suam pro mercede  
concedit, Locator: Conductor autem  
dicitur is, qui mercedem solvit, sive ad  
hanc pro sibi concessa usufructu vel o-  
peris dandam se obligat, Azor p. 2. In-  
stit. lib. 8. de Locat. & conduct. cap. 1. q.  
1. & 2. & cit. Haunold, n. 437.

P P 2

Dissert

Differt Locatio Conductio à ceteris Contractibus plerisque, sicut Empatio Venditio: ab ista autem; quod per Locationem non de rei dominio transferendo, l. Non solet 39. ff. bāc Rubr. sed ejus uero fructu vel operis concedendis agatur, l. Cūm manu 80. §. fin. ff. de Contrab. empt. deinde; quod res vendatur pro prelio, consistente in nummis seu pecunia numerata, l. Emptionem 7. C. de R. permittit, illius autem vel operarum homini locatio fieri queat pro mercere non solum pecunaria, sed quavis re fungibili, sive in pondere, mensurâ, numerò consistente, l. Et hac 35. in fine ff. §. l. Si Olei 21. C. bāc Rubr. Perez in C. ibid. n. 3. ab Emphyteusi autem, si bi maximè affini contractu, præter alia differt; quod locari res etiam mobiles possint.

Locari possunt opera quæcumque honestæ & solitæ sive, quæ æstimari possunt & solent: & res omnes, nisi exceptæ à commercio humano aut specialiter sint exceptæ. Nec solum propria, sed etiam alienæ, l. Si tibi 7. ff. bāc Rubrica; cùm Locatione non transferatur dominium, sed usus solummodo concedatur, l. Solet cit. & ab alio conducta, l. Si cui 84. ff. §. l. Nemo 6. C. Rubr. cit. dummodo ad eundem usum, & æquè idoneo conductori locentur.

Excepta autem sunt, & locari nequeunt res Propria ipsius Conductoris, l. Qui rem 20. C. èdem Rubr. cùm enim proprium sit domini, posse re suâ uti, pro ejus uero mercedem à domino præstati iniquum fore: Servitus prædialis, nisi locetur cum prædio seu fundo, cui adharet, l. Locare 44. ff. §. l. Nemo 6. ff. Rubr. cit. junctâ l. Si uita 23. §. fin. ff. de Servit. prædruf. Res fungibles, præterquam ad pompan & ostentationem, arg. l. Si mibi 3. §. fin. ff. Commodati; quia

locatione res conceditur ad usum; ut lapsò terminò restituatur: res autem fungibiles restituti nequeunt; ômne earum usus consilat in abuso sive consumptu: propter quam cautam eas alteri commodi non possit, dictum est Tit. 15. n. 4.

Prælatura dignitates, beneficia, spirituale regimen animarum & iurisdictio Ecclesiastica, per Rubr. & test. de Pralati vices suas Ec. ut ad Rubr. haec pluribus tradetur: Res etiam temporales, ad Ecclesias, Monasteria aliquæcera aut Religiola loca pertinentes: non quidem omnes, sed immobiles duxæ & mobiles pretiosæ, quæ servandi facili possunt, Clement. 1. & Extrav. Ambitioæ, de Rebus Ecclesiæ alieni. Inde istæ etiam, ex iusta causa & cum Cuncta solemnitate interveniente ad quod cunque tempus locari eō ipsò possunt: quod sic omnino, hoc est, quadrigam etiam proprietatem valeant alienæ.

Sine solemnitatibus autem Clement. cit. locationes rerum Ecclesiasticarum, ut ve istarum uisus & fructus pro certa mercede, quantitate frumenti, vini, olei concessiones ad recipientis aut concedentis vitam, vel ad aliud longum tempus probitæ: & permittiæ illæ tantum sunt, qui sunt ad tempus modicum: cujusmodi in propria materia quocunque decendi minus, arg. c. fin. Ne Pralati vices Ec. esse centent Glosa fin. in Clement. cit. Co. var. Lib. 2. Var. cap. 15. n. 6. & hanc p. 2. lib. 7. cap. 10. 9. 3.

Verum, et si hæc ita se habeant fpo. Etatò antiquiori: recentiori tamen jure sine solemnitatibus & consenso Apostolico rerum Ecclesiasticarum, sicut alienationes cæteræ, sive etiam locationes ultra triennium prohibitæ, sunt Extravag. cit. quæ introducunt Jus, ubi Confessio illa uero recepta est, hodie obseruantur, monet Navarrus Manual. cap. 27. 6.

29. m. 140. Ubi autem non recepta, eive non- ultra usitatae contrario derogatum est, locationes ad novennium hodièque: &, si res modicae & exigui valoris sint, moderno & antiquo etiam Jure non obstante, ad quodcumque tempus fieri possunt, arg. can. Terrulas, 12. q. 2. Quaranta in Summa Bullar. V. Alienatio, n. 18. & Wagner in Extravag. cit. V. Locationem, Unde

Dubium oritur primò de valore Locationum vg. prædiū ad tria triennia, ubi cii, Extravag. ufu recepta; &, ubi istò recepta non est, ad tria novennia eodem die, eidem vel diversis personis, scilicet uni pro primo, alteri pro secundo, tertie pro ultimo triennio vel novennio factarum. Eas enim pro validis, etiam quoad triennium vel novennium secundum & ultimum, habet Baldus in l. Voluntas 4. C. de Fideicommissi quod tali conventione non una, sed tres locationes ineantur, quarum singula ad tempus antiquo vel moderno Jure permisum extendantur. Sed melius cum cit. Covarr. cap. 16. n. 4. eas pro irritis habent Molina Tract. 2. de J. & J. disp. 406. n. 11. Vasquez de Reddit. cap. 3. 2. n. 25. & alii DD. ac Rot. decisi allegatis, Barbola de Officio Episcop. alleg. 95. n. 17. id defumentes ex Novell. 7. cap. 3. insine, ubi nullum dicitur partium, quò rei ad Ecclesiæ Constantino-politanas pertinentis, Emphyteus in concedens, duorum istam accipientis heredium successorem, alias præferre, eiqueandem rem in Emphyteuñ concedere obligaretur. Rationem ipse textus reddit: Quia hoc nihil aliud est, quam per revolutionem & machinationem perpetuas eis emphyteuses, magis autem privationes Ecclesiastiarum agi rerum: qua ratio quæ militat adverius nobis propositas locationes; cum per earum machinationem & triennalis concessionis revolutionem

res Ecclesiastica locetur ultra triennium novæ, & ultra modicum tempus antiquæ Jure permisum, in apertam utriusque Juris fraudem. Confirmatur quia hujusmodi locationibus permisiss, quod unâ viâ prohibitum est, contra legislatoris intentionem per alteram obtineretur, contra Reg. Cum quid 84. in 6.

Neque vim habet ratio Baldi; quantumvis enim tres trienniales aut novenniales, & non una duntaxat locatio sit: re vera tamen prædium Ecclesiasticum per eas ultra triennium aut ad longum tempus locaretur & conduceretur, contra Extravag. & Clement. cit.

Dubium secundò & controversia 10. major est, an ejusmodi locatio ad tria triennia vel novennia irrita etiam sit quoad triennium vel novennium primum. In totum eam vitiare, voluit Bartol. in Auth. Qui rem C. de SS. Eccles. n. 7. quem fecuti sunt Navarrus de Alienat. rerum Eccles. n. 21. Covarr. cit. cap. 16. n. 5. Steph. Gratianus Discept. Forens. cap. 126. n. 22. & Vasquez cit. §. 2. an. 28. Contrà eam pro primo saltē triennio novenniōve subsistere, cum Claro §. Donatio, q. 17. n. 2. Tufcho Præstie. V. Locatio, conclus. 406. n. 2. &c. defendant cit. Molina disp. 407. n. 3. Quaranta V. cit. n. 18. & Riccius Resol. 102. n. 3.

Illi se fundant partim in Clement. & Extravag. cit., quorum textuum posteriori ultra triennium facta locatio Nullus omnino roboris & momenti: priori Ex ipsa, ultra tempus Jure permisum extensa, recipiens nullum jus acquiri dicitur, atque etiam in cit. Novelle cap. 3. cuius pr. emphyteusi ultra legitimum tempus datae robur adimitur, & cap. 7. illam accipere præsumens ab emphyteusi cadere dicitur: partim in ratione; quia locatio est contractus reciprocus pendens à voluntate duorum: cujusmodi contractus, si non

valent, ut fiunt, neque valent, ut fieri potuerunt, quando agitur de contrahenda obligatione, secundum receptam doctrinam Bartol. I. 1. §. Si quis ita, *ff. de V. O.* Ipsi vero praecipue nituntur Regulæ. Utile per inutile non debe vitari, quæ est 37. in 6. sic enim, inquit, emphyteusis ab Ecclesiis Constantinopolitanis concessa in tertiam & quartam generationem, valida est quoad tertiam Jure permisam, *cap. 3. cit. §. 2. V. Quod autem*: sic donatio absque insinuatione facta ultra quingentos solidos, firma est quoad summam Jure permisam, & quoad excessum tantum vivitatur, *I. Sancimus 34. C. de Donat.* & concessio Indulgencie ab Episcopo facta ultra tempus ipsi permisum, *c. Cum ex eo 14. S. Adbac. de Panit. & remissi*, licet nulla sit quoad excessum, quoad annum tamen à sacris Canonibus indultum valet, ut *in c. fin. eadem Rubr. in 6. Glossa fin.* & aliis DD. relatis Barbosa n. 2. adnotavit.

**II.** Extremè oppositas haec sententias hic Author alleg. 95. cit. n. 11. & Donatus Tom. I. Regul. p. 2. Tract. 14. q. 42. n. 2. in concordiam reducent auxiliò distinctionis, agnita à cit. Molina n. 4. vel enim, inquit hi DD. locatio est individua, itaque inita; ut ex mente contrahentium non nisi pro triplicato triennio vel novennio toto teneat; idéoque non nisi una merces pro toto tempore solvatur: vel dividua, itaque inita est; ut primo triennio finito incipiat nova locatio: sicut fieri præsumeretur, si annua aut singulis annis respondens locationis pensio esset solvenda? Prior enim casu eam neque pro primo triennio aut novennio subfuisse, cum prioris Opinionis Assertoribus facile concedunt; propter defectum consensus: posteriori autem, ne contra cit. Regulam, Utile per inutile vivetur, eam pro primo triennio aut novennio valere: pro reliquo autem ea, tanquam nullius

momenti contractu, accipiendi nullius acquiri, cum posterioris Sententia Alfeclis docent propter Clement. & extrat. cit. quorum proinde textu dispositio licet generalis sit, non de permisso, sed Jure prohibito locationis tempore est audienda; leges enim, etiam cum generiter loquuntur, improbare non ventur, quæ alii legibus sunt permitta, arg. I. Scindens 15. pr. ff. Qui satisfave vobis Barbosa l. cit. n. 16.

Dubium & inter DD. controversum tertio est de locatione ipsorum fructuum sive reddituum Ecclesiasticorum; hoc enim à Praelatis aliquis ejusmodi administratoribus ultra triennium, *cit. Examen*, non obstante, locari hodie quoque posse, non obcurè tradi videtur eadem, probante alienationem *Rerum & bonorum Ecclesiasticorum*: quibus verbis res & bona sive possessiones Ecclesiistarum, non ex his provenientes fructus & redditus comprehenduntur: & ex verbis, *Præterquam in casibus Jure permisiti*, cuiusmodi fuit locatio ad modicum & quodcunque novennio minus tempus, permisit *c. Vestra* 2. junctâ Clem. cit. Sed, sicut communior, sic etiâ verior est sententia, non sicutrum solum possessionem: sed etiam fructuum locationem *Extravag. cit. refutata*, docens: quam tribunalium præ & Rotarum Romanarum decisi, firmat laudat Barbosa n. 20. & non obcurè infinitum *Extravag. cit. Verba, Omnia rerum & bonorum*, ac proinde etiam fructuum Ecclesiasticorum locationem, triennalitatem vetantia: & satis clare exprimit generaliter prohibita alienationis exceptio altera, permittens alienationem *Fruituum & bonorum*, que servando fructus non possunt pro instanti tempore exigentia: enjusmodi cum fructus post locationis triennium provenientes non sint, quoad istos à dicta exceptione Regula accepit

accipiet firmatam, arg. I. *Quesitum* 12. §. 43. V. *Denique*, ff. de *Infructu*. & *Infr. leg.* & I. Ex eo 18. ff. de *Tribus*. sed hinc

13. Dubium quartum & magni in praxi momenti controversia oritur de fructibus rerum beneficialium, pertinentium ad Ecclesiarum Rectoris menam; sicut enim ipsarum Ecclesiarum, Monasteriorum &c. auctoritate Episcopi erectorum, sic etiam ipsorum redditus & fructus ultra triennium locari absque consensu Apostolico posse, negant Emmanuel Saa V. *Condu<sup>ti</sup>o*, n. 12. Barboza *alleg.* cit. n. 10. & alii DD. Rotaque decisi. a legatis acriter propugnare Gutierrez Lib. 1. Q. Q. *Canon* cap. 8. n. 14. ponderata cit. Extrav. imprimis Praefatio, agente de bonis, Ex quibus Ecclesia, monasteria & pia loca reguntur illustranturque, & eorum ministri fibi almonianas vendicant: cujusmodi maximè sunt fructus & redditus beneficiales ac Menae, sive destinati ad sustentationem Rectoris Ecclesiae. Deinde Dispositione, omnium rerum & bonorum Ecclesiasticorum, id est, praedictorum *Qui-<sup>bu</sup>* Ecclesie &c. reguntur illustranturque, & ministri aluntur, alienationem quamcumque, & in specie locationem ultra triennium generaliter prohibente. Et demum Panis, in Ecclesiarum non solum Prelatos, sed Rectores & beneficiarios quoquaque, aliter quam ipsa dispositio est, alienare præsumenes, latet. Idem suadet ratio, quia beneficiorum fructus destinati sunt pro sustentatione beneficiorum, arg. e. Non licet 2. de Prabend. & dicitur, quā isti carere, eorumque successores privari facili possent, si redditus beneficiales ad longum tempus locare, locationis mercede de præsenti accepta, possent.

14. Hujus in Jure fundatae rationis magna, ea tamen vis non est; ut eā firmata

sententiaz oppositam non censeam probabiliorē: quam ( ac proinde fructuum beneficialium ad rectoris menam sive sustentationem destinatorum reddituum locationem ) triennio non constringi, verius defendunt cit. Covarruvias cap. 16. n. 6. Vasquez de Redit. cap. I. §. 2. n. 34. Zerola Prax. Episc. p. 1. V. Alienatio §. 3. Molina cit. disp. 466. n. 7. & alii, quos refert & sequitur Palao Tract. 12. disp. Unic. p. 14. n. 12. Ratio est, quia cit. Extravag. quā Paulus II. consulere intendit indemnitati Ecclesiarum, Monasteriorum & aliorum locorum Piorum, expressè agit de bonis, quorum alienatio cedit in illorum, scilicet dictorum locorum & cultus Divini detrimentum: & quorum alienatio vg. locatio tantum facienda est ob evidentem utilitatem Ecclesiarum &c. quæ non convenienter fructibus beneficialibus, sive deputatis ad ipsius Ecclesiarum Rectoris & beneficiarii sustentationem; cum iorum locatione Ecclesia, monasteria &c. nullum patientur detrimentum & cultus Divinus non diminuat.

Quare eorum Locationem Extravag. cit. dispositio non comprehendit. Neque etiam Praefatio aut Peñæ. Illa; quia ministri, qui ex fructibus rerum locari prohibitarum alendi dicuntur, sunt, qui Ecclesias vel Monasteriis serviant, ab hisque percipiunt stipendia sustentationis. Ita vero; quia Rectores, beneficiarios &c. afficiunt, non ratione locationis redditum & fructuum beneficialium, ad ipsos: fed rerum ac fructuum, spectantium ad Ecclesias, monasteria &c. quorum ipsi solam habent administrationem.

Neque maiorem vim habet ratio; quia ex permissione diuturnioris, imd ad beneficiarii vitam aut resignationem extensa locationis fructuum beneficialium, nullum præjudicium patitur successor; cum, qua-

cum, quatenus huic præjudicat, invalida sit; & propterea ultra locatoris vitam & administrationem non extendatur, ut clarè constat ex Decreto S. Synodi Tridentinae, locationes illas, qua Anticipatis solutionibus fiunt, & quatenus successoribus prædicare possunt, irritant Seſſ. 25. cap. 11. de Ref. Unde ejusmodi redditus non facilè aliquis ad longum tempus & anticipatâ solutione conductet: &c. si conduceret, dannum, quod subiret, sibi deberet imputare; cum locationem obitu, resignatione &c. finiri, & fructus post locationis obitum provenientes ad successorem pertinere, potuerit & debuerit prævidere, c. fin. de offic. Ord. in 6. & l. Si quis domum 9. §. 1. ff. Locati. Glossa in c. fin. V. Terminum, Ne Pralati vices &c. Panormit. ibid. n. 8. cit. Covarruv. cap. 15. n. 6. & Molinal. cit. Unde hac in re

**15.** Bene notanda est gemina differentia: quam inter reddituum & fructuum, ad ipsas Ecclesias &c. pertinentium, & beneficium aliorūque similium locationes citt. aliisque DD. agnoscunt. Prima est; quod locatio priorum de Jure antiquiori ad quocunque tempus modicum: recentiori autem Extravag. cit. ad triennium duntaxat: posteriorum autem ad tempus longum & ipsam concedentis viam fieri queat. Altera; quod illorum locatione, si & secundum Jura inita sit, stare tenetur successor, sicut tutor tutori succedens in administratione tutela, imo ipse pupillus, arg. l. Si turela 3. ff. de Administr. Tutor. nisi ejusmodi contractu se lassum iste, aut Ecclesia probare possint; tum enim recurrere possent ad beneficium in integrum restitutionis, c. 1. & c. Audit. 3. de in Integr. ref. Non etiam istorum; cum eorum locatio Rectoris vel beneficiati morte expiret, per text. ant. arg. cap. 11. & c. fin. cit. quia facta est nomine propriō, & de Jure proprio:

quod jus & nomen respectu rei locatae Rectoris aut beneficiati obitu, renuntiatione &c. cessat, ut recte advertit Pado cit. p. 14. n. 13.

Porro sicut in Venditione, l. 24. n. 15. C. de R. V. sic etiam in Locatione ejusdem rei vg. ædium aut fundi duobus factâ, præferendus est is, cui res utendi fruenda tradita est prius, arg. l. cit. Nil secundus conductor alteri prius facta locationis conscius & in ejus præjudicio commissæ fraudis participes fuisset, Gomez Tom. 2. Var. cap. 2. n. 20. & Harnold. cit. Traſt. 10. n. 447. Quare et ejusmodi ædibus aut fundo sibi locato secundus conductor, qui à locatore commissæ fraudis participes non fuit, quando ea locatio durat, expelli nequit, ferebat alii conductores durante sibi facta locationis tempore ex fundis aut ædibus sibi locatis expelli non possunt: quantumvis alius mercedem seu pensionem magis offerat, l. Aede 3. l. Si oīci 21. C. bīc.

Imo ex Clementis III. rescripto relatō Magistri seu Doctores Universitatis Bononiensis, cum ædium, ab aliis ejus professionis personis conductarum, dominis de iis in posterum sibi locandis ante prioris locationis tempus finitus fuisse quilonorum five priorum conductorū eas inhabitantium confensus convenire & contrahere prohibentur sub pena excommunicationis. Quā constitutione proditā censurā solos Bononienses, non aliorum Universitatum Magistros & Scholarēs ejus transgressores affici, Panormit. in c. cit. n. 10. dispositionem autem eō post quod Juris communis corpori inficta illa ad ejusmodi personas Academicas omnes se extendere, nota Vivianus in c. cit. que simili privilegiō Academiam Salutaticensem gaudere, testis est ejusdem quod tam celeberrimus antecelior & ss. Canonum

Canonum Interpres Primarius Emmanuel Gonzalez in c. cit. n. 5.

Sed quidquid sit de istius Academias jure speciali, mihi satis probabile est c. cit. sicut penam, sic & dispositionem ultra territorium temporale Papa non potrigit, immo ea solam civitatem Bononiensem, cuius Academicis Professoribus & Scholaribus primò promulgata est, affici quod, licet Juri Corpore sit clausa, in materia tamen merè temporali & peccatum non nutritore derogat Juri communii, ades aliamve rem locatam uni ante finitum locationis tempus ab alio conduci permittent: dummodo hujusmodi conductio executioni in prioris finitae tempus conferatur, & specialia pacta non obstant, arg. Ne cui 32. C. bâc Rubr. Joan. Andr. in c. cit. n. 5. Sylvester V. Excommunicatione q. g. n. 11. Clarus §. fin. q. 77. n. 26. & Suarez de Censurâ disp. 23. f. 3. n. 3.

Neque obstat: quod contra c. cit. dispositionem factæ locationes obnoxiae sint excommunicationi: cui tanquam pena omnium, quas Ecclesia habet, gravissimæ. Cim non ab homine 10. de Judicis, actus qui peccatô & culpâ caret, obnoxius non est, per tradita à Navarro Manual. cap. 27. n. 9. Covarruvia in c. Alma p. 1. §. 7. n. 6. & cit. Suarez disp. 4. f. 4. n. 2. quia, licet eæ, de quibus agimus, locationes, quod discordiarum fomes & studiorum non leve impedimentum Bononia, fortassis propter ejus Academicorum genium, fuerint, graviter prohibitæ, & in illius prohibitione transgressores censuta illa iustè decreta sit, ejusmodi tamen fomes & impedimentum non est per se & generaliter, cum in aliarum, & Germania prefertim nostræ Nationis Academicis tudes ita locandi libera facultas studiorum impedita aliâve incommoda, legali & penali ejusmodi functione digna, altere non soleat.

Non defunt etiam cœsus, quibus con-

ducto ad emigrandum compelli ante locationis tempus finitum potest; & Primo quidem, si de hoc inter ipsum & locatorem convenit; cum tali case locus sit Reg. Contrahit. 25. ff. & Reg. 85. in 6. Secundo, si post ædium locationem jam factam urgeat necessitas refectionis; ut alias periculum interitus subfit: & illa fieri nequeat, nisi emigret conductor, c. Proper. 3. §. Verum & l. Ade cit. Cui tamen pro temporis ratione à locatore pensio remittenda est, §. cit. & refectorum ædium inhabitatio, quoque conductæ sunt, permittenda l. Si duo 3. §. 3. junc. Glossa V. Dominum, ff. Ut possidetis. Tertiò, si ex causa superveniente & ante non prævisa, ades prius usibus necessarias esit, probârit locator, vg. quod propriæ incendiò sint absumptæ, vel uxorem duxerit & familiam incipiatur habere, §. Verum cit. quod cum inquilino contrahendô in ejusmodi necessitatibus casum non prævisum non confessile videatur, Canisius in §. cit. n. 10. Quod tamen etiam casu locationis mercedem seu pensionem pro rata temporis conductori remittendam, §. cit. insinuata æquitas suadet. Quartò, si conductor 20. in re sibi locata perversè versatus sit, l. Ade cit. & §. cit. vel, quod eam culpabiliter & notabiliter reddat deteriorem, vel scorta, fures &c. inducendò infames; quod dominus cum tali suo aut ipsarum ædium præjudicio non contraxisse videatur, Vivianus in c. cit. §. 3. Quintò, si conductor non solvat pensionem argumento à contraria deducto ex l. Ade cit. eò tempore, quod ipsum inter & locatorem convenit, Regg. cit. si verò de ejus solvenda tempore exprefse nihil est actum, de Jure Canonico expelli potest, si ab ejus solutione per biennium cessavit, §. cit. Idem quoad pensionis non soluta tempus Jure Civili, l. Quaro 54. §. 1. ff. bâc Rubr. sanctum videtur, & tradit laudatus D.

Qq

Collega

Collega à Widmont n. 66. qui tam en. 69.  
& ante eum Bruneman. in l. cit. n. 5. re-  
gè monet, hòc & ceteris expulsioneis à  
Jure permisæ casibus conductorum non  
propriæ, sed implorati judicis autorita-  
te expellendum; quòd leges à propria  
sibi jus dicendi auctoritate abhorreant. l.  
Unic. C. Ne quis in sua cauf. jud. & l. Qui  
jurisdictioni 10. fl. de Juridict.

22. Sicut autem ex relatis causis invitius  
expelli, sic vicissim locationis tempore  
nondum finitò ab ea recedere invitò loca-  
tore conductor potest, si re conducta ut-  
tendit, puta ædes inhabitandi, incidat im-  
pedimentum; quòd ea vg. spectris no-  
turnis infestentur, vel propter incurso-  
nem hostilem, gravantem luem epidemicam per notabile tempus incoli non  
potuerint; tali enim causa conductori emi-  
granti locationis mercedem seu pensionem  
pro rata temporis remittendam, patet ex l. Sed addes 19. §. 6. & l. Habitato-  
res 27. §. 1. ff. Rubr. cit. Azor l. cit. cap.  
9. §. Quantit. & ex eo Pirrhing ad hanc  
Rubr. n. 17.

23. Eadem pensio rei fructiferæ con-  
ductori remittenda est ob sterilitatem vel a-  
liam cladem cœli injuria, inundatione flu-  
minis, hostium agros vastantium incursu,  
locularum edacitate, aut via libra extrinse-  
cus sine ipsius culpa illatam. Non quidem,  
si dannum acceptum modicum sit,  
l. Si merces 25. ff. Rubr. cit. quia, ut istius  
§. 6. textus habet, Modicum dannum equò  
animò ferre debet colonus, cui immodicum  
lucrum non auferatur; sed, si id fuerit  
magnum ira; ut aliquando, vg. si aliquò  
annò nullus fructus perceperit, tota: ali-  
quando eius pars pro rata five damni ac-  
cepti magnitudine remittatur, e. Propter  
cit. pr. l. Ex conductu 15. §. 2. ff. & l. Li-  
cet 8. C. ibid, cum enim pensio sive mer-  
ces locationis constituantur in compensa-  
tionem fructuum, ex re fructiferæ percipi-

piendorum, æquitas exigit; ut, quando ex  
illa nulli vel exigu fructus, nullà con-  
ductoris culpâ, percipiuntur, ipsi penfio re  
tota vel ejus pars aliqua secundum damni  
accepti magnitudinem remittatur.

Quænam autem sterilitas & clades  
magna sit, DD. variè sentiunt. Mithode  
finiendum, videtur prudenti arbitrio ju-  
dicis: qui æquum de ea judicium feret, si  
consulat communem sensum & æstimationem  
vicinorum, & magnam cladem  
latam pronuntiet non solum, cum inter-  
ram jaclum semen non est receptum; sed  
etiam, cum, illo alisque impensis factis  
in culturam & collectionem fructuum de-  
ducitis, fructus tam exigu superfluit, ut  
pensionis partem dimidiari non aquen  
quia in Jure lafio ultra dimidium immo-  
dica reputatur, Covarr, Pradic, cap. 20.  
n. 1. & Molina Traç. 2. de J. & J. d.  
49. à n. 2.

Neque aliud persuadet partias con-  
Emptore vel Emphyteuta: quia alio  
quam iistorum, ratio est Conductoris  
Emptori enim pretium ideo non remittitur;  
quòd venditione mutuo confusa  
perfecta rei etiam nondum tradita per-  
culum & interitus pertinet ad ipsum. l.  
Necessariò 8. ff. de Pericolo & com-  
vend. non etiam rei conducta ad conduc-  
torem, §. 2. & 3 l. Ex conductu cit. Pe-  
normit, in e. Propter cit. n. 3. Emphy-  
teuta autem canonem principaliter solvit  
non propter rei usum & fructus, sine  
in iistorum compensationem, ut Conduc-  
tor: sed in recognitionem dominii di-  
recti ipsius fundi permanentis, etiam  
fructus non percipiuntur: & quidem ordi-  
nariè in modica quantitate: ut proinde  
mirum non sit; quòd propter sterili-  
tatem canon ei, sicut Conductor pensio  
non remittatur, Gaill. Lib. 2. Olferat,  
23. n. 24. Pro modica, inquam; quia, si  
fi ab Emphyteuta solvendus canon est  
magis

magnus, remissionem propter magnam cladem etiam ipsi faciendam dicaret aequitas & paritas cum conductore; cum, sicut ab isto penso, sic ab illo canon magis pro rei uia & fructibus, quam in domini recognitionem solvi intelligeretur, ut idem n. 23, observat.

Varii tamen casibus, quantacunque sit, & undecunque proveniat clades, pensionis remissio cessat: & Primò quidem, si de hac non petenda cum conductores expressa sit conventionem, 1. Si quis domum cit. §. 2, quia in contractibus regulariter valet pactum, casum fortuitum in se recipiendo, 1. Semper 34. ff. dē R. J. Glosa in §. 2, cit. V. Praestaretur. Secundo, si clades accidit culpa ipsius conductoris, in fundo colendo vel colligendis fructibus negligentis, 1. Videamus 11. pr. ff. hāc Rubr. cum culpa sua cuiilibet, non alteri debeat nocere, Reg. Damnum 86. in 6. Tertiò, si sterilitas & damnum, praesenti illatum, præteriorum auctorumentorum annorum fertilitate & ubertate fructuum compenetur, c. Proper cit. pr. & cit. 1. Ex conducto 15. §. 4. Quartò, in colono partario five, si huic non penso stabilis, sed aliqua tantum, putativa vel quarta pars fructuum præstetur, 1. Si merces 25. §. 6. ff. hāc Rubr. ubi ratio redditus; quod hujusmodi colonus damnum & lucrum quasi Societatis jure cum domino partatur. Quintò, si frudus jam sint collecti five separati à solo, secundum cit. Gaill. n. 12, vel potius in horreum aliumve locum jam invecti, ut cum cit. Molina disp. 495. n. 15, vult Magnificus D. Collega à Widmont cit. Tit. 12. n. 34, quod antè plenè percepti non censeantur.

28. Superest dubium, ad quem pertineat interitus & deterioratio rei locatae. Ratio dubitandi est; quod §. Conductor s. V. Qui pro nūs, Infīt. hāc Rubr. à conducto-

re desideretur custodia, quam diligentissimus paterfamilias rebus suis adhibet: cujusmodi custodiaz omisso, cùm levissima culpa sit, ex illa conductor teneri videtur. Quod ipsum non obscurè traditur 1. In judicio 28. C. Rubr. cit. à casū solummodo fortuiti præstatione eum exitamente. Nihilominus eum ad solius doli, culpe latæ & levis præstationem ex communaliiorum sensu obligant cit. Molina disp. 494. n. 1, Zœsius in ff. ad Rubr. cit. n. 16. & Perez in C. ibid. n. 29. quod in locatione contrahentium utriusque utilitas vertatur: in contractibus autem, utriusque utilitatem spectantibus, præter dolum, culpa solùn lata & levis, non etiam levissima & casus fortuitus præstetur, 1. Si ut certo s. §. 2, ff. Commodari. Simili modō & ex eadem ratione culpam etiam levem, non levissimam & damnum ista datum, resarcire tenetur locator, si ex rei habi locatae vitio aliquod damnum passus est conductor.

Neque, culpam etiam levissimam præstandam, rectè eruitur ex textibus cit. quia prioris gradus Superlativus, ut in ea Jure non raro, reducendus est ad sensum Positivi; ut textus materiæ subiecta & ejus, de quo agit, contractus naturæ aptetur, Harprecht in §. Conductor cit. n. 13, vel, si hæc itius aliorūque Interpp. exppositio non arrideat V. Ille, cum 29. Haunoldo cit. Tract. 10. n. 122, accipiendo est de locatione rerum, qua principalius ob utilitatem conductoris conceduntur; talium enim conductorum, uti & eum, qui exactissimam diligentiam promisit, aut specialem peritiam est professus, ex culpa etiam levissima teneri, communis est doctrina. Posteriori autem, five 1. In judicio cit. Imp. à casū tantum fortuiti præstatione conductorum exemerunt; quod de dolo solūm & culpa lata: non etiam de levissima fuerint.

interrogati; ac proinde de ista responderem non fuerit necesse, Harprecht §. cit. num. 9.

### ARTICULUS II.

#### De Emphyteusi.

##### SUMMARIUM.

- 30. Etymon & definitio Emphyteusi:
- 31. Quae quad formam Civilis strictaque Juris est contractus,
- 32. Et ad valorem exigit scripturam.
- 33. Differt à Venditione & Locatione:
- 34. A Feudo, Censi Reservativo & Viza-
- lito:
- 35. Variisque dividitur.
- 36. Emphyteusi Ecclesiastica exigit ju-
- lam causam & solennitatem Ali-
- lienationis:
- 37. Licer ultra filios ac nepotes non por-
- rigatur:
- 38. Nisi tamen res concessa modica sit.
- 39. Circa eandem oras lites secundum
- SS. Canones sunt decidenda.
- 40. Ea rem a tributo exemptam acci-
- piens tributum non solvit,
- 41. Sicut Ecclesia aut alius dominus de-
- rectua.
- 42. Eadem res concessa ad tempus, isto
- sinito, ad Ecclesiam reddit.
- 43. Concessa simpliciter, ad descenden-
- tes sicut legiimos:
- 44. Et feret etiam ad famina transfit.
- 45. Concessa alicui & heredibus ad de-
- scendentes,
- 46. Heredesque extraneos,
- 47. Et cum Emphyteuta ad Monas-
- rium transfit.
- 48. Isto tamen mortuo ad dominum di-
- rectum reddit.
- 49. Emphyteuta jure suo cadit, si rem
- culpabiliter reddat deteriorum:

- 50. Si eam modò Jure non contingen-
- tiener,
- 51. Vel canonem biennio vel triennio
- non solvat,

52. Quo casu res caduca sit, ipso juri:

53. Nonnulla tamen casibus excepta.

54. Canonem non solrum recipiat

caducitatem remittere possi-

tur;

55. Aliquando etiam, si Emphyteusi

Ecclesiastica sit,

**E**mphyteufis, à verbo Graecum vel εμφύτευεν, quod im-

plantare, inferre, & per me-

taforam Meliorare significat

dicta, est Contractus, quo res soli in

immobilis, vg. ager, praedium, ejus

dominiū directo seu proprietate retent

quoad possessionem utilitatēque sit

dominium utile in aliud transmuta

lege; ut prædium arando, serendo, pla-

tando &c. melius, cultius, fructuoso

reddatur: & pro eo, sive dominii de-

recti recognitione certa pensio vel can-

statutis temporibus solvatur. Ita quod

sensus Molina Tract. 2. de I. § 1. dñ.

445. pr. Haunold. Tom. 3. de I. § 1.

tract. 9. n. 472. & alii:

In hoc contractu res immobilias, re-

praedium in Emphyteusin tradicunt. Ge-

manicō idiomatic dictiu Erbrecht/ Erb-

stand/ Erbjungsgut/ Simpliciter Dar-

renlehen/ Hoffgut/ Gilthoff: Domi-

nus directus, proprietate retent, ab

cui prædium tradens vir Grundherz:

Colonid cum dominii utilis in le tem-

latione accipiens Erbrecter/Gilthour:

Canon sive pensio pro dominii direc-

tione solvenda Gult: Landenium

sive certa pecunia pro novæ investiture

collatione seu veteris renovatione sol-

venda, Handlohn/ Aufzugelt/ Auf-

und Absahrt/ Manzius ad. add. i.

167.

Instit. hæc Rubrie. & cit. Haunoldus n.

474. An contractus Emphyteuticus Juris Gentium vel Civilis, bona fidei vel stricti Juris sit, solōe consensu ineatur vel exigit scripturam, inter DD, est controversum. Mihi imprimis, quoad p̄fatio-  
nem quidem anni canonis pro fundi fru-  
ctu verique dominii recognitione, Ci-  
vili Jure esse antiquior, §. Adeo 3. In-  
stit. de Locat. huic tamen formam & i-  
psum nomen debere videtur; cūm hoc  
& illam à Zenona Imp. accepta, constet  
ex ejus Constitutione §. cit. & l. 1. C. de  
Jure Emphyt. relata.

Deinde magis probatur Sententia Fachini Lib. 8. Controvers. cap. 47. &  
aliorum, qui Emphyteutum stricti Juris  
potius, quam bona Fidei contractibus  
accident; ac proinde adjecta ei pacta ac-  
curatissimè observanda consent: quod §.  
Actionum 28. Instit. de Actionibus, ubi bo-  
na fidei contractus omnes recensentur,  
ula ejus mentio non fiat.

32. Demum verisimilius est, Emphy-  
teutin, licet ante Zenonem, quod tem-  
pore ad Locationem ab aliquibus, ab a-  
lis ad Venditionem reducebatur, solō  
consensu iniretur: post ejus tamen Con-  
stitutionem ad valorem exigere scripturam.  
Neque hoc solum, si fit Ecclesiasti-  
ca, de qua id pater ex Novell. 7 pr. V. Quia  
vero, cap. 2. §. 1. V. Unde si quid, cap. 3.  
§. 2. rerum Ecclesiasticarum alienatio-  
nem sine solemnitate scripture universum  
irritant, & Novell. 120. cap. 5. ubi con-  
tractus fieri dicitur in scriptis, est indi-  
candum: sed etiam, si Laica seu com-  
munis sit; cūm de hac id non obscurē  
tadatur l. 1. ibi, "Actionibus scripturā  
interveniente habuit. Sc. C. de Jure Emphyt.  
cum enim ad pactorum, contrahentium  
arbitrio adjectorum & accessiorum, va-  
lorem exigatur reliquis legibus, eidem Ru-

bricæ subjectis, multò magis exigetur  
ad valorem & substantiam ipsius contra-  
ctus Emphyteutici, Clarus §. Emphyteu-  
sis q. 4. n. 1. Velacus de Jure Emphy-  
teutico q. 7. n. 2. & Haunold, Tract. cit.  
n. 485. Unde

Pater differentia Emphyteusis à Ven-  
ditione & Locatione; praterquam enim,

quod istorum contractuum uterque sit  
Juris Gentium & bona fidei solōe con-  
sensu ineatur, Locatione solus rei usus:  
Venditione autem non utile duntaxat, ut  
contractu Emphyteutico, sed directum  
etiam dominium sive ipsa rei proprietas  
transfertur: & præterea Emphyteusi in  
solis immobilibus, quæ culturæ effici  
possunt meliores & fructuosiores: Lo-  
cationi autem & venditioni etiam in im-  
mobilibus est locus.

A Feudo autem uti & Censu Refer-  
vativo differt; quod vafallus ratione feu-  
di, non, ut Emphyteuta, canonem:  
sed oblegia personalia præstet: ejusmo-  
di autem contractu Censuali in Censuali-  
stam sive accipientem non util duntaxat,  
sed plenum rei dominium transferatur:  
eoque reservati census seu pensionis an-  
nuas bienniō trienniō continuō omisā  
solutione, ipsi obnoxia res, vg. fundus  
censualis in commisum, ut Emphyteu-  
tica, non cadat, Clarus §. cit. q. 1. n. 2.  
& Pirrhing ad hanc Rubricam n. 31. In  
dubio autem, an canon seu pensio an-  
nuas Census vel Jure Emphyteutico solva-  
tur, eam istō potius, quam Censuali ju-  
re præstari, præsertim si rei concessio ab  
Ecclesia facta sit, præsumendum, cum  
Claro §. cit. n. 3. advertit Laiman Lib.  
3. tract. 4. cap. 23. n. 3. quod ita minis  
præjudicetur concedenti: quod idem Lai-  
man præsumendum ait, cūm in primæ  
concessions instrumento mentio fit Lau-  
demii, hoc est, quinquagesimæ vel jux-  
ta locorum Consuetudinem majoris mi-  
norisve,

Q. 3

norisve, & aliquando vigesimæ partis pretii sive aestimationis rei, à novo Emphyteuta pro nova investitura, inque rei possessionem inductione domino directo honorarii loco solvendæ. Idem l. cit. & cum eo Haunold. Tract. cit. n. 473, hac in re locorum Consuetudinem attendam, &, ceteris paribus, in dubio eum contrarium presumendum, monentes, qui in aliquo loco frequentius consuevit celebrati, arg. l. Semper 34. ff. de R. I.

A Vitalitio, vulgo Leibgeding / contractus Emphyteuticus, sicut genus à specie, differt ita; ut ad tempus vita unius vel utriusque conjugis facta prædicti vel alterius rei immobilit sub annua pensione solvendæ concessio, ut aliquando Emphyteufis solet, Vitalitum dicatur Haunold. Tract. cit. n. 580. sic declarata;

35. Emphyteufo variæ & tres celebrioris sunt divisiones. Prima in Novam & Veterem: quarum illa originem habet à persona, cui ea primò est concessa, eamque non transcendit: ista vero ab ea ad aliam personam devenit.

Altera in Hæreditaria & non-Hæreditaria. Hæreditaria simpliciter dicitur, quæ accipiens ejusque hæredibus quibuscumque, etiam extraneis & quibus dederit, concessa est: qua, si pro filiis seu descendentibus simul & hæredibus concessa fit, Hæreditaria Mixta vocatur; quod in ea neque descendens, qui non est hæres: neque hæres nisi descendens sucedat, Clarius s. cit. q. 16. n. 1. & Molina disp. 472. n. 2. Non hæreditaria sive, ut etiam vocatur, ex pacto & providentia aut Familiaris Emphyteufis est, que alicui & filiis seu descendantibus concessa est, nulla mentione facta hæredum, ac proinde vi concessionis transit ad solos descendentes, & ad hos etiam, quando hæredes

non sunt, cit. Clarus n. 1. & Molina n. 7.

Tertia in Ecclesiasticam & Laicam sive Communem: quarum ita constituitur de prædiis, ac fundis merè propriis: illa de pertinentibus ad Ecclesias, Monasteria aliisque sacra & Religiosas. Inter quas ea præcipue notabilis est die ferentia; quod in Ecclesiastica constitutione observandæ sint sacri Canones, id eam, præter justam causam, etiam lennitates ad rerum Ecclesiæ immobilium ac pretiolarum alienationem necessitas exigentes, can. Hoc jus, §. Perpetua, 10. q. 2. can. Apostolicos, 12. q. 2. t. Nulli, & Extravag. Ambitiosa, de Reb. Eccl. alien. Ratio clara est; quia Emphyteufis species quadam est Alienatio, t. Nulli cit. l. fin. C. de Reb. Eccl. alien. non alien. & Novella 7. cap. 1. §. alienationis; cum ejus contractu utile in dominium transferatur in Emphyteutam eamque ob causam generaliter, quibus alienare prohibetur, iisdem, & prædictim Praelatis caterisque rerum Ecclesiasticarum administratoribus, in Emphyteufis dare non sit permisum, Bartol. n. Autb. Hoc jus, C. de SS. Eccl. cit. Vo lac. q. 13. Redoanus de Reb. Eccl. non alien. Rubrica 1. cap. 22. n. 1. & Guti tieriez Q. Canon. lib. 2. cap. 8. n. 12.

Obstatre communis huic DD. sententiæ videntur non solum Novell. cit. cap. 3. & Novell. 120. cap. 1. quibus emphyteufoandi facultas Ecclesiæ conceditur, dummodo contractus ultra filios & nepotes non porrigitur: sed & c. Ad aur. p. de Reb. Eccl. alien. ubi Episcopus terras arabiles sub anno cenu in emphyteufis dare permittit ex causa majoris utilitatis, absque mentione ullius solennitatis. Sed re ipsa non obstant, Constitutiones quidem Imperiales cit. quia præterquam quod ferè solam Constantiopolis

nopolitanam Ecclesiam concordant, sacris Canonibus, hac in re praecipue spectandis, aliud dispositum est *Extravag. cit.* quā contractus emphyteuticus non solenniter & indistincte; ac proinde etiam temporalis prohibitus & irritatus censeri hōc ipsō debet; quōd eādem, ne rerum immobiliū locatio ad longum, in dō triennio amplius tempus extendatur, cautum reperiat, ut cum Panormit. in c. Nalli cit. n. 6. arguit Gonzalez in c. Ad aures cit. n. 4. Neque etiam tex- tū ille, cūm; quia eō agitur de casu, quō terra, prius sylvoa & omnino inculta, ab agricultis redacta ad culturam, & fertili redditū est: quōd eām iisdem agricultis eorumque hāredibus sub annuo censu in emphyteusin concedendi justam causam non defiderari, confulenti Episcopo Vigorensi Alexander III. reprobavit. De Tractatis autem & Consensū Capitularis, ad alienationes Ecclesiasticas requi- sita solemnitate nihil dispossit; ac proinde quoad solemnitates standum est dis- positione aliorum Jurium, easdem so- lemnitates, quas ceteris alienationibus, etiam emphyteutico contrātui præscri- bentur, Gonzalez in c. cit. n. 4.

38. Excipienda tamen sunt res modi- ca, hoc est, exigui valoris, & Ecclesie parum utiles: quā ex iusta causa etiam sine solemnitatibus omnino alienari, can. *Terrular. 12. g. 2.* ac proinde etiam in emphyteusin concedi possunt: & res in emphyteusin dari solitae: quā ad Ecclesia reverē denuo in eam dari liberè possunt, arg. c. *Ex parte 2. V. In primō, de Feudis*, ad quam *Rubric.* de hac re sermo redibit.
39. Secundum eosdem sacros Canones potius, quām leges Civiles, nisi hā ab Ecclesia approbatā usūve receptā sint, circa emphyteusles Ecclesiasticas ortā con- troversia sunt decidē; ac proinde

personæ, quas illi non admittunt, à suc- ceSSIONE in emphyteusi Ecclesiastica exclu- dendas sunt; quantumvis legibus Civilibus non excludantur; quōd iſtarum Con- ditores adversus Ecclesiam & in ejus præ- judicium aliquid statuere non potuerint, cit. Molina *dīp. 446. n. 5.* Palao *Tract.* 32. *dīp. 10. p. 5. n. 2.* & Haunold. *tract.* cit. n. 480. Unde

Dubium oritur primō, an laicus, 40<sup>a</sup> qui ab Ecclesia vel alio, à tributis & fi- milibus oneribus exempto, in emphy- teusi prædium accipit, à tributorum &c. onere etiam ipse sit exemptus. Ex- emptum cum Bartolo in l. *Private 10. C. de Excusat. muner.* Tiraquello de Re- tract. *Confang. §. 1. gloss. 13. n. 10.* & aliis volunt Fachineus *Lib. 1. Controvers.* cap. 91. & alii. Moventur primō; quōd, quoties ad tributa &c, ratione prædii non tenetur dominus, ad ea non tenetur emphyteuta, c. 1. de Immunit. in b. l. *Omnis 2. C. de Episc. & cleric.* & l. *Private cit.* Ubi emphyteuta Fisci istius immunitas adstruitur. Cum non & emphyteuta Ecclesia, fisco æquiparata, per tradita ab Everardo *Legal. arg. loco à Fisco ad Ecclesiam n. 2.* Secundō, quōd, rem à tributis & collectis immu- nem possidens, ab iis etiam ipse sit im- munis, l. *Unica C. de Imponend. lucr. descript.* ac proinde etiam emphyteuta, possidens rem Ecclesiasticam, immunem à tributis &c. c. *Nou minus 4. de Immunit. Eccles. & 1. Placet 5. C. de SS. Eccles.* Tertiō; quōd, si hujusmodi emphyteu- ta legibus Tributariis adstringeretur, his indirecte etiam Ecclesia afficeretur; cūm propter hoc onus minor pensio solvatur ab emphyteuta: Ecclesia autem legibus Civilibus gravari etiam indirecte non pos- sint, c. fin. de Immunit. Eccles. in b.

Sed, quantamcumque speciem & vim etiam rationes istae habeant, R.R. tamē

tamen non pauci, etiam TT. Rolandum à Valle Conf. 18. n. 28. cit. Velasc. q. 17. n. 11. & Molinam disp. 440. n. 2. sequit. emphytevtam laicum, eique ab Ecclesia emphytevitate prædia ac fundos legibus Tributariis juxta astimationem dominii utilis obnoxios esse, sustinent, cum quod tributi pendendi onus emphytevtæ non propter ipsa prædia & fundos in emphytevin acceptos: sed propter istorum dominium utile & utendi fruendi jus, jam non Ecclesiæ, sed laico competens, imponatur: tum verò quod res conditionem accipiat a persona, arg. I. Ilinic. C. de Imponend. lucr. descript. quæ cum tali casu laica sit, ejusmodi prædiorum dominium utile tributis obnoxium reddet.

41. Verum, quia ejusmodi prædii, sicut directum, sic etiam utile dominium per se res Ecclesiæ est, & ab emphytevta etiam laico nomine & jure Ecclesiæ obtinetur, tanquam res naturâ suâ exempta, tributis obnoxia non est, sicut, cum retinetur ab Ecclesiæ: sic etiam, cum ex istius concessione à laico obtinetur. Neque obstat; quod ex I. cit. pr. V. Ceteri, dispositiones res tributis iubet ab his propter specialem eorum favorem immunes sint, quando pervenient ad Curiales; quia ab induito istis speciali favore in Ecclesiæ odium non rectè defumitur argumentum: neque rerum Ecclesiasticarum, naturâ suâ exempliarum, utile dominium, dum Ecclesiæ nomine & jure à laico obtinentur, Tributariis legibus subjicitur.

42. Dubium secundò est, ad quos transfat emphytevis Ecclesiastica. Non temporanea, sive restricta ad certos annos aut solam emphyteutæ vitam; talem enim definitò tempore exactò aut emphyteutæ mortuò ad Ecclesiam reverti, extra con-

43. troveriam est. Sed ita non restricta:

quàm, si aliqui simpliciter, hoc est, sine ulla temporis aut filiorum & hæredum expressâ mentione concessa sit, ad filios faltem aliosque descendentes transfare, abvertunt Clarus §. cit. q. 28. n. 1. Covarr. Lib. 2. Var. cap. 16. n. 6. & cit. Molina disp. 469. n. 4. quod emphytevis prohibiti ordinari soleat concedi. Si vero expedit pro se & filiis aliisque descendentes concessa sit, ad illegitimos extra cibum, quod emphyteuta, cum prædium ita ab Ecclesia acciperet, solos illegitimos habens, non transfire, cum cit. Claro q. 30. n. 1. & Palacoto de Notbis cap. 10. tradit. cit. Molina disp. 475. n. 7. quod Ecclesia, cum illegitimos, utpote actu peccato suo suscepit, meritò habeat exos, et bona sua communicare, licet posset, velle non præsumatur.

Eò tamen modò concessam emphytevis, si loci consuetudo contraria non sit, ad foeminas transfare, ejusdem Clari q. 32. pr. Covarruvia I. tit. cap. 18. n. 1. cit. Velasci q. 41. n. 3. Fachini Lib. 1. cap. 97. Molina disp. 474. & aliorum fons est communis & consentaneus Juris emphytevin Ecclesiasticam ad feminas transfare satis exprimit, Novell. 7. cap. 3. pr. ibi, Filii tanquam mastellus aut foeminae aut nepotibus urruisque natus, Ratio est: quia filiorum nomine vivent filiae, pr. cit. I. filii 84. l. Quisquis 16. l. Pronuntiatio 195. pr. & l. Justa 200 ff. de V. S. & masculino etiam femininum comprehenditur, l. Qui duos 12. f. de Legat. 3. Cui non obest; quod contractus emphytevitus sit stricti Juris: foemina autem filiorum nomine tantum vivent ex Juris aquitate ac benignitate; quia Jure proditam benignam & contentientem menti conformem interpretationem stricti Juris rigor non excludit.

Ulterius, sicut emphytevin, alio cu & filii seu descendantibus conceleb-

ad filios seu descendentes, etiam qui hæredes non sunt, transfire: sic, concessam feudum seu descendantibus hæredibus, ad filios & alios descendentes exhereditatos, aut hereditatem sibi reliquitam repudiantes non transfire, Clarò & alii DD. motu suò generati tantum allegatis, tradidit Haunold. *cir. Tract. 9. n. 552.*

An autem emphytevis Ecclesiastica, aliqui & hæredibus concessa, transeat ad hæredes extraneos, in dubium vocari potest. Non quidem, si concessa sit ei *Et hæredibus quibuscunque*; cùm enim generalis haec particula ambitu suo hæredes omnes complectatur, procul dubio etiam extraneos includet, *arg. c. Solita 6. §.* Præterea ibi, *Nobil excipiens dixit quibuscunque, de Majorit. & Obed.* Sed particulari illa omisla simpliciter & indistincte *Hæredibus.* Quòd modò concessam emphytevin Ecclesiasticam ad filios descendentes transfire, Consuetudine & plurius DD. calculi eis receptum; quòd *Novell. 7. de ejusmodi emphytevi* agens Imperator eam fieri & transfire sicut usque ad accipientis vitam &, si quos habeat, filios & nepotes, *pr. cap. 3. cit.* Unde hujusmodi emphytevin ab Ecclesia acceptam ad hæredes extraneos & ultra accipientis filios ac nepotes sive generationem ejus alteram transmitti negant: esti, sò modò concessa emphytevis Lai- ca seu communis, perpetua sit & ad extraneos hæredes portrigatur.

**46.** Verum, quia *cap. 3. cit.* expresse agitur de majori Ecclesia caterisque Religiosis dominibus Constantiopolitanis: & has speciales dispositio sanctionibus Canonici nupsiam est approbata. Imò ab Ecclesia extra urbem illam sitis emphyteves perpetuè dari ab eodem Justiniiano disertè permituntur, *Novell. 120. cap. 6. §. 1.* seclusa locorum Confuetudine, etiam ab Ecclesia cum debitis fo-

lennitibus alicui *Eiusque descendantibus concessam*, perpetuam esse & ultra accipientis generationem alteram: concessam autem ei *Et hæredibus*, etiam ad extraneos transmitti, scripto Juri conformius est. Ratio de perpetuitate ea redidit; quod spectatō Jure Civili emphytevis, ad certum tempus & generationes non restringi, natura sua sit perpetua, *§. Adeo 3. Instit. de Locato*, etiam quæ ab Ecclesiis (Byzantinis duntaxat exceptis) obtinetur, *§. 1. cit.* Ab eo autem Jure non recedat: imò ei accedat, *Canonicum*: dum Ecclesiistarum res immobiles, exigente aut fraudante justâ causâ & debita solennitate accedente, omnino etiam quoad dominium directum alienari permittit, *can. Sine exceptione 12. q. 2. c. 1. Sc. de Iis, que à Prelatis &c.* De extraneis autem; quòd hæreditate generale nomen etiam ipsos complectatur, *pr. & §. In extraneis 4. Instit. de Hæred. qualit. & generaliter*, qui pacificatur, hæredibus suis quibuscunque, atque adeò extraneis pacifici videatur, *I. Si paclum 9. ff. de Probat. I. Veteris 3. C. de Contrab. stipul. Sc.* Ita, Juris apostolicis inhærendò, cum Panormit. in *c. In presentia 8. de Probat. n. 28. & Co-varr. cap. cit. n. 5. conclus. 4. citt. Molina diff. 469. n. 3.* Harprecht in *§. Adeo cit. n. 18. & Perez in C. de Jure emphyt. n. 5.*

Dubium tertio est, an emphytev-  
tam, monasterium ingressum, sequatur  
& ad hoc transeat emphytevis. Et  
quidem, si monasterium successionis sit  
incapax, sicut cætera, sic etiam emphytev-  
tica professi bona ei obvenire, nemo  
est, qui asserere auit. Si vero monas-  
terium successionis capax sit, DD. varie:  
verius autem sentiunt, qui emphytevi-  
sin hæreditariam, tam Ecclesiasticam  
quam Communem, ad monasterium  
vel Ec-

R r

vel Ec-

vel Ecclesiam transire volunt cum Innocentio in c. In presentia cit. n. 5. Joan. Andr. n. 16. Felino n. 49. Decio n. 194. & Bartolo in Autib. Ingressi C. de SS. Eccles. l. cit. 1. n. 18. quia ab Autib. cit. omnia professi bona cum ipso ad monasterium transferentis, generali Regula emphytevis excepta nupsiam reperitur. Ubi tamen contra cit. Felinum n. 36. & Sylvestrum V. Emphytevis n. 27.

Excipienda est emphytevis concessa sub conditione, ne ad Ecclesiam vel potentiores personam transferatur; quia hujus in monasterium translatio repugnat pacto, & per hoc intento fini; ne scilicet propter Ecclesiae privilegia aut emphytevtae potentiam durior reddatur conditio proprietatis seu domini directi, & ratione emphytevis sibi debita difficiens consequatur, Bartol. l. cit. n. 19. Barbatia in c. In presentia cit. n. 121. Velafc. Tom. 1. consil. 101. n. 8. & alii, quos fecutus est Palao Tract. 15. diff. 3. 48. p. 4. §. 3. n. 8. Ubi tamen monet, emphytevis in translatam ad monasterium, si emphytevta pro se & filiis seu descendientibus concessa sit, professo mortuus ad eos; qui ex investitura vocantur, & his deficientibus ad dominum directum reverti: si vero hereditaria sit, vendendam; quod, si penes monasterium perpetuo remaneret, laudem accepienti spes proprietario omnino praeclideretur, cit. Molina diff. 482. n. 1. & Laiman Lib. 3. Tract. 4. cap. 23. n. 15.

49. Emphytevis ab Ecclesia aut ab aliis acceptam, sicut plerumque ad haeredes transmittit, sic isti, & ipse etiam emphytevta primus amittunt, ut expelli possint, Imprimis, si praedium aut fundus emphytevicus ejus dolò latave aut levi culpa notabiliter deterioretur; quod

vg. fructiferæ arbores succisa; necessaria cultura & reparations fuerint omnia: quod de emphytevis Ecclesiastica & Auth. Qui rem C. de SS. Eccles. de La- ca seu communis ex eo desumitur; quod ejus finis sit melioratio; ac proinde, si contra propriam naturam contraria cessante, Emphytevta jure suo cadat, Clarus §. cit. q. 26. n. 2. Gaill. Lib. Observat. 67. n. 7. & in Autib. cit. Barto- fa n. 4. & Bruneman. n. 3.

Deinde jure suo emphytevta ex- dit & expelli potest, si rem vg. prae- dium emphytevicum alienet & vg. em- ptori tradat, non servatis conditionibus expressis c. fin. ubi ad ejus alienatio- nem exigitur Imprimis; ut eam, & pro re ab aliis oblati pretii quantitate domino denuntiet; ut ille delibe- valeat, an eodem pretio rem sibi em- dam ipse putet. Deinde ut, si domi- nus haec denuntianti emphytevta volun- tam suam antea non declareret, docon- mensium spatii exspectet. Quod me- gnâ & utriusque ratione habita est intro- ductum; ut ita ex una, rei aliena- ne non facile deterior fiat conditio do- mini, ceteris paribus, merito prae- rendi, ut ipse rem suam & illa primita liberratem consequatur: ex altera parte, consulatur emphytevta necessari- quâ liberari: & utilitati, quam ex ei sibi proficia venditione sperare posset. Vivianus in c. cit. & Zælius in ff. lib. de Jure emphyt. n. 100.

Demum res amittitur, & ab em- phytevta ad Ecclesiam revertitur, si ipse in dominii directi recognitionem de- tam pensionem seu canonom solvere, etiam non interpellatus, biennio nego- cherit, ex Constitutione Gregorii IX. c. fin. hic cui faciem præstulit Julianus L. fin. C. de Jure emphyt. Autib. Qui re- cit. & Novell. 120. cap. 8. licet con-

munis seu Laica emphytevsis in commissum non cadat, nisi canon tribus annis continuis non fuerit solutus, l. In emphytevciis 2o. C. de Jure emphyt. cuius reductionem ad biennium favore Ecclesiarum, ut earum rebus magis prospiceretur, factam, notat Zæsius §. cit. n. 76, ubi e. cit. dispositionem etiam ad Ecclesiam extendit; ut rem ab Ecclesia vel alio in emphytevfin acceptam amittat, si canonem biennio aut triennio solvere culpabiliter omittat: licet ei in integrum restituione beneficio valeat succurri, c. i. e. Auditio 3. de in Integr. res. cit. Molina disp. 453. n. 1. & Haunold, n. 501. Ubi

52 Dubium controversumque est quartum, an ea rei emphytevicae amissio incurrauit ipso Iure. Negant & sententiam privationis exigunt Innocent. in c. cit. Tit. Emphytevsis q. 47. n. 60. Tuchus Pratic. V. Emphytevsis concl. 192. à n. 7. & Gaill. Lib. 2. obseruat. s. n. 7. Ratio, quâ nituntur, pricipia est; quod ipso Iure inducenda non sit sine manifesta lege: quâ autem talem privationem inducat, lex nulla extet. Sed, si e. & l. cit. textus penitus inficiantur, id satis expressum patet; cum emphytevta à canonis solutione biennio aut triennio continuo celsantis expulsionem domino volenti permittant: & clariss Novell. 7. cap. 3. §. 2. ubi emphytevta à solutione celsans omnino extraneus fieri, sive emphytevi excedere dicitur: quâ dictione Omnia & similibus privationem ipsô Iure induciam denotari, prolixè ostendit Tiraquell. in l. Si unquam & C. de Reo. voci. donat V. Revertatur à n. 76. Quare emphytevfin ipsô Iure & ipsâ celsatione à canonis solutione biennio triennio continuata amitti, cum Ant. de Butrio in e. cit. n. 18. & Salycto in l.

In emphytevciis cit. n. 8. meritò defendunt Clarus §. cit. q. 9. n. 1. Corbulus de Jure emphyt. cap. 15. ampl. 45. n. 1. & cit. Molina disp. 457. n. 21. dummodo dominus voluntatem suam declarat &, à solutione celsatum, certò constet; si enim hoc emphytevta inficietur aut alijs tergiversaretur, eâ de re adeundus judex, ejusque pronuntiatio expectanda foret.

Eiusdem judicis autoritate opus est, cum emphytevta rem vg. prædium, ob non solutum canonem commissum, repetenter domino cedere renuit; neque enim vi privatâ, sed decretô & ministrî publico interposito est expellendus; ut tumultus & tranquillitas publicæ perturbandas occasio evitetur, Glosa in c. fin. cit. V. Expelli, ubi Panormit. n. 13. cit. Clarus q. 11. n. 1. Fachineus Controvers. Lib. 1. cap. 95. V. Mibi & Menoch. Recup. remed. i. n. 78.

Quantumvis autem huic rei emphytevicae, ob non solutum canonem, à 53. Jure inducta caducitati æquè locus sit, cum ille magnus & modicus: & probabiliter etiam, cum non integer, sed ejus pars saltem minor est soluta, vel ex primi emphytevta hæredibus pluribus à solutione negligenter tantum celsavit unus, secundum cit. Clarum q. 8. n. 3. & 13. & Molinam disp. 453. à n. 12. jure tamen sùb solutionis omissione non cadit, si canonem sibi in tempore oblatum recipere dominus reculavit, vel iste quantitatim canonem æquantis aut excedentis debitor est sui emphytevta: si canonem alias, tanquam ejus procurator vel negotiorum gestor, solvit pro emphytevta: si iste solutionem omisit ex iusto aliquo impedimento, vg. ob paupertatem, bellum, pestem, fructus colligere prohibentem: vel ignoravit, quod res emphytevica, vel quis ejus dominus sit;

R. 2

f. 182

si nemo existat, cui eum solvat, veluti jacente hereditate domini defuncti: si post biennium clapsum celeri satisfactione seu canonis solutione moram purgavit, *c. fin. cit.* quod in emphytevi Laiica ex aequitate, Clarus *cit. q. 8. n. 15.* de rigore Juris in sola Ecclesiastica procedere, nota Barbola *in c. cit. n. 132.* postquam a *n. 99.* alios hujusmodi casus longa serie retulisset.

Dubium ex his quintum nascitur, an dominus directus ab emphytevta, qui celeri satisfactione moram non purgavit, canonem recipiens caducitatem remisif fe censeatur, quod DD. alter atque aliter resolvunt. Et quidem si dominus, canonem recipiens, caducitatem sive emphytevta expellendi jus salvum sibi esse velle, protestetur, eam non remisfam, nemo facile inficias ibit; cum explorati Juris sit, protestatione jus suum protestanti conservari, *l. 1. s. 4. ff. Quod legator.* Si vero, emphyteviam expelli posse sciens dominus, nihilominus ab eo canonem sine protestatione recipiat, DD. passim distinguunt inter canonem præteriti temporis & futuri:

Et istius quidem receptione caducitatem remisifam intelligi, cum Bartolo *in l. In emphytevicariis cit. n. 8.* Jafone *ibid. n. 124.* & Claro *§. cit. q. 10.* satis consentiunt plerique; quod dominus directus injuriam, dominii per solutionem canonis recognitione omisit, sibi illatam, dissimulatione sua remisif videatur *arg. s. fin. Instit. de Injuriis:* Nisi dominus directus sit Ecclesia; cum enim huic in re qualitum jus remittere sine Capituli consensu non valeat Prelatus, ab isto facta canonis receptione caducitas remisif intelligi sine Capituli consensu non potest.

Illi autem sive canonis præteriti temporis receptione, sine protestatione facta caducitatem remisifam, magni nomi-

nis DD. rigorosi Juris apicibus inherentes negant. Alii, non minoris authoritatis aequitatem (cum eadem tamen inter Ecclesiam & privatum seu laicum dominum directum distinctione) rigor preferentes affirmant cum Speculat, *q. cit. q. 23.* Claro *§. cit. q. 10. n. 1.* & *cit. Fashino cap. 99. conclus. s.* quod pensionem recipiendo caducitatem videtur renuntiæsse. Quibus, eis minime aduerser, alia tamen distinctione utendum censeo in Ecclesiastica emphytevi, casu enim, quod Prælatus ante cancellationem rem emphytevicam cedam repetendi voluntatem declaravit, prius non soluti canonis receptione adducitas remisif intelligi nequit; in hoc casu rei dominum utile ab emphytevta jam amissum, & cum directum consolidatum sit; ac proinde ea non quam Ecclesiae plenè & absolute quefita, à Prælato sine justa causa & solentibus nequeat remitti. Sine his tam validè remitti potest, & secundum cognitorem sententiam remissa caducitatem censemur, si ante ejusmodi declarationem canon absque ulla protestatione Prælato fuerit receptus; quia tali causa remittitur jus ejusmodi declarationem plurimum querendū: in quo Prælatus Ecclesia vel monasterio obesse posset, *Glossa in c. Fraternitatem 2. V. Non debet, de Donat.* et si his eam remisif factis in integrum restituenda beneficia subveniatur, Panormit, *in c. fin. cit. n. 15.* Beroius *in c. c. n. 173.* & Rodoanus *de Reb. Eccles. non alio, q. 20. n. 15.*



TITU-